



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

54 Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

34 Cantabiles mihi erant iustificatio-  
nes tuæ in loco peregrinationis  
meæ.

Ipsa lex  
Iusto pro  
solatio.

**E**Cce non modo grauia non sunt, sed  
canticum sunt suauissimum ipsa præ-  
cepta Dei: siue, quia homo spiritualis car-  
nit, alijsque prædicat iustificationes ip-  
sas: siue, quia canticum, & oblectamen-  
tum ipsimet sunt, quæ aures, & animum  
dulcissimè mulceant. Sed ubi: In loco, in-  
quit, peregrinationis meæ. Considera ubi  
sumus, & quæ adiumenta præparat nobis  
Dominus: quæ non solum instruant nos in  
via, & dirigant; sed etiam peregrinationis  
fastidia alleuent, cordis aures mulceant, &  
quasi perpetua delectatione confirmet.  
Quæ miseria, quis stupor iucundissimis hu-  
iusmodi adminiculis, & leuamentis non  
viti? Quæ verò Christianorum in ore sona-  
re cantica debent, nisi diuina? sicut Ephe-  
sios, & Colossenses Apostolus cohortatur,  
vt doceant, & commoneant semetipsos  
psalmis, hymnis, & canticis spiritalibus  
in gratia cantantes in cordibus suis Deo.  
Sed ignorant hoc canticum surdi, ignorant  
muti, qui diuinas laudes nec audire pos-  
sunt, neque cantare. O miseram condi-  
tionem nostram. Qui surdi omnino non  
sunt, vt minimum quasi surdastrum obtura-  
tas

Ephess. 5.  
Coloss. 3.

Pf. 57.

tas habent aures, si non cauda aspidis, saltem terra, atque luto; vel certè defluxionibus capitis, & perniciosis humoribus impeditas. Purgandæ aures sunt, purganda lingua, sed antè omnia cor, vt & audire canticum Domini, & decantare valeamus.

Memor fui nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam.

Nominis dictum est pro ipso Domino, Nomen ac si diceret, Memor fui tui. Quod Domini, frequentissimum in Scripturis est. Vt, In nomine Dei nostri magnificabimur. Et, In nomine eius sperauimus. Et, Ostendam tibi omne bonum, & vocabo in nomine Domini coram te: cum Moses cuperet videre ipsum Dominum. Verè enim qui videt eum, videt omne bonum: & nomen Domini apparet, cū ipse se ostendit.

Videt. r autem mihi nomen non solum sonare maiestatem, & gloriam, sed etiam reuerentia, & amore ita vsurpari. Ex reverentia quidem, quasi non audeant sancti viri nominare eum, qui ineffabilis est, & alioqui ipse sibi nomen est. Quemadmodum & Tetragrammaton ex reuerentia syllabis proprijs proferri non solet, & ineffabile: vnde & ἀνεφώνητος dicitur: nec pronuntiatur, sed legitur Adonai. Ira Regius Psalter ait se memorem

R fuisse

ficatio-  
ationis  
t, sed  
sa præ-  
nalis ca-  
nes ip-  
tamen-  
nimur  
co, in-  
dera vbi  
at nobis  
t nos in  
nationis  
eant, &  
riment-  
mis hu-  
tis non  
e sona-  
t Ephe-  
ortatur,  
et ipsos  
ualibus  
s Deo.  
gnorant  
lire pos-  
condi-  
ino non  
obtura-  
tas

significat  
& quan-  
dam re-  
uerentiã.